promeruiſſe· Vos in ruſticitate ſcā nati eſtis ⁊ q̄m fa
ciliter ꝯtinuarī poteritis ſi vultis cur deſererē cupitis Il
li in purpura nati pariter ⁊ educati· quā relinquere ip
ſis uticꝫ ſemimors ē· tā ſollicite ueſtrā ſecuritatē āple/
ctunť cūctis mundi honoribus ſpretis atqꝫ delicijs·
Eya aduertite qꝫ breue tempꝰ laborare habetis pro
eterna quiete qꝫ incertū ē an honores tp̄ales ſine peri
culo corpoꝝ ⁊ aīaꝝ adipiſci poteritis· quos tn̄ adep
tos certum ē nō diu retinere quēqꝫ poſſe· Manete igi
tur in ſancto ſtatu ueſtro ſecuro ⁊ hūili· ⁊ honorate
officiū ueſtrū ſanctū a deo inſtitutum ⁊ animo uolun
te· ac mente beniuola hilariter exequimini ea que ad
ipſum ſpectāt in timore dei ⁊ uere beati eritis cū ōni
bꝰ qui labores manuū ſuaꝝ manducāt· beneqꝫ uobis
erit hic ⁊ in eternū· Qđ nobis ꝯcedat idē glorioſꝰ de
us cuiꝰ ꝯparij eſtis q̲ p̲ cūcta ſecula uiuit ⁊ r̄gnat A·

Quarto debet quilibet fidelis ⁊ timoroſꝰ ruſticꝰ
hūiliter dn̄is ſuis obedire· Hoc ē qđ monet A/
poſtolꝰ ad romanos· xiii· ca· oībꝰ xp̄ianis loquēs ac
dicēs· Oīs aīa p̄tātibꝰ ſublimioribꝰ ſubdita ſit Non
eſt em̄ p̄tās niſi a deo· q̄ āt a deo ordinata ſunt· Ita
qꝫ qui reſiſtit p̄tāti dei ordinationi reſiſtit· Qui aūt re
ſiſtūt ſibiipſi damnationē acquirunt Nam principes
non ſunt timori boni operis ſꝫ mali· Vis nō timere
poteſtatem· fac bonum ⁊ habebis laudē ex illa· Dei
enim miniſter eſt tibi in bonum· Si autem malum fe/
ceris time· Non enim ſine cauſa gladium portat· Dei
enim miniſter eſt vindex in iram ei qui malum agit·
Ecce qꝫ plana ſententia· Nihil ſincerius dici potuit·
Attende quid reſiſtentibus comminetur· vtiqꝫ tam

huius q̄ʒ future uite diſpendium· Nam ↄtra eos prin
cipes ius acquirunt ſiue ad occidendum ſiue ad puni
endum· ⁊ dn̄s deus eos eternaliter dānat ſi abſqʒ pe/
nitentia ſic moriant᷑· Hic heu plures ruſtici deficiunt
nullatenus obedire uolentes· niſi cum reſiſtere nō poſ
ſunt· aut multas occaſiones caluas fingentes ſepe eti
am mēdaciter ſe excuſantes aut alio colo᷑ illicito pal
liātes ſe ⁊ ↄceptꝰ ſuos ut a debitis ſeruitiis abſoluā
tur· Qui oēs reſiſtūt ptāti ⁊ deū grauiter offendūt· qꝛ
multa pctā pro modico lucro ſepiꝰ ↄmittūt· ⁊ tanq̄ʒ
fures in ↄſpectu diuine maieſtatis iudicant᷑· qꝛ rē aut
ſeruitiū quod alteri debent ipſo inuito detinēt· ſiue ꝑ
uiolentiā ſiue per fraudē· Aſt ecōtra bōi ⁊ fideles ru
ſtici ambulantes ſimpliciter in uia mandatorum dei·
Nec mendacium nec uiolentiam meditant᷑ contra do
minos ſuos propter timorem dei· ſʒ omnibus iuxta
eiuſdem beati Pauli monita reddunt debita· Cui tri
butum tributum· cui uectigal uectigal· cui timorem ti
morem· cui honorem honorē· Sic ſincere ⁊ fideliter ſ̄
uientes non tanq̄ʒ hominibus ſed tanq̄ʒ deo· neqʒ ad
oculum placentes ſed ex animo· ut nemini quicq̄ʒ de/
beant niſi ut inuicem diligant· hoc eſt dicere· ꝙ inter
dominos ⁊ ſubiectos debet eſſe mutua dilectio· Qđ
facile contingit quando inferior debitum ſoluit beni
uole ſuperiori· alioquin iugis inter eos rixa ⁊ inuidē
tia oritur cum dei offenſa· Et quia ſunt nonnulli eti/
am bone voluntatis ruſtici· aliiqʒ criſtiani nominis
profeſſiores q̄ʒ litterati qui putant ꝙ ſubiectio iſta
famoſa qua per vniuerſum pene orbē ruſticana plebſ
regitur· et precipue illa que vinculo ſeruitutis eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alligata ſit iniuſta· eo ꝙ natura omnes ſimus ingenuĩ ideo ad tollendum hunc errorem· aliqua ſanctoꝝ dicta ſunt hic ſubiungenda· Conſtat nãqꝫ ꝙ bone uolũtatis homo faciliꝰ ⁊ libentiꝰ ſeruit qñ ſcit ſecũ iuſte agi· ſed qñ putat ꝙ uiolenter grauat᷑ ꝯtra fas pene ſãguinẽ pro aqua ſudat niſi fuerit ualde in uirtutibus perfectꝰ· Eſt ergo ſciendũ ꝙ de cõi ſubiectione hominis ad hominẽ nulla ẽ dubitatio quin iuſta ſit· imo neceſſaria· alioquin in eccleſia dei nullus eẽt ordo ſed ꝯfuſio tota· Si eñ nullus uellet ſubeſſe ſed equaliter omnes preeſſe· totius humani generis optabiliſſimũ bonũ (quod eſt pax) continue turbaretur nec poſſent homines ſimul habitare neqꝫ conuerſari ueluti ſi plures ante vnam domum ſtarent· ⁊ nullus alteri cedere uellet ut preiret· neceſſitate omnes ſimul foras remanerent· aut forte ſe mutuo uiolenter opprimerent· donec vnus ſolus totam domum teneret· Hec ꝗꝫ eẽnt abſurda beſtiaruꝫ conuictus edocet ſi homines iſta neſcirent· Nam pulchro quodam ⁊ naturali inſtinctu vna alteri cedit ⁊ quaſi ſuperiorem recognoſcit. Ea autem que ſꝫm naturam ſunt optime ſe habent· Igit᷑ patet ꝙ ſubiectio ⁊ prelatio neceſſario ſunt in populo dei· ⁊ per cõſequẽs nõ oĩs ſubiectio ẽ uiolenta ⁊ iniuſta ſicut nec prelatio· Inuenit᷑ nãqꝫ triplex prelatio ⁊ triplex ſubiectio in ſcriptura ſacra· Nã quedã ẽ diuina ⁊ naturalis· que apud oẽs equalis ẽ· ⁊ ſic dñs deꝰ creator uniuerſoꝝ preſidet ⁊ dñat᷑ creature a ſe facte Ita etiam ſuo modo pñtes prelati ſunt filijs· Et hec iuſtiſſima eſt· ⁊ qui huic prelationi reſiſtit nimis eſt

peruerſꝰ iuxta illud pſal· Dixit inſipiēs in corde ſuo
Nō ē deus· ubi beatꝰ Aug· dicit ꝙ paucoꝝ eſt iſta in
ſania· ut dicant non ē deus· Sic uix unq̄ꝫ eſt repertus
aliquis ita proteruus ut diceret ſe parentes non ha/
bere aut habuiſſe nec filios debere parentibus ſubdi
Omnis ratio proclamat· ꝙ illis honorē repēdere cū
gratitudine· debemus a quibus eē habemus· Hinc in
lege pari pena plectunt᷑· qui deum blaſphemāt· ⁊ pa
rentibus maledicunt· quia morte digni ſunt· Alia eſt
uoluntaria ⁊ ſocialis ⁊ ad iſtaꝫ nemo tenet᷑ niſi ſe uo
luntarie obligauerit tacite uel expreſſe· ſic uxor ſubie
cta eſt uiro ⁊ econtra ſm modum ſuū· Sic miles duci·
dux regi· clericus ſacerdoti· ciuis burgimagiſtro· ⁊ ſic
de ſingulis· Quāuis em̄ uir nō teneat᷑ uxorē ducere tū
poſtq̄ꝫ duxerit tenetur cohabitare ei ⁊ debituꝫ redde
re ⁊ prouidere de illis· que ſtatui coniugali ſunt con/
nexa· Sic de aliis omnibus ſtatibꝰ a primo uſqꝫ ad
nouiſſimū· Nemo de communi lege tenetur ſuſcipere
principatum· ſed ſi uoluntaria conſenſione ſuſcepe/
rit iam ſe obligauit· ⁊ ideo tenetur ad ea que illi· ſta
tui ſunt debita et congrua· Similiter de communi le
ge non tenetur alteri ſeruire· ſed ſi pacto interuenien/
te aut alia cauſa iuſte ſe ad ſeruiendum aſtrinxerit·
iam obligatus eſt ⁊ ſeruire tenetur· Quare autem
homo ſic debeat eſſe omnino liber ab omni coactio/
ne ideo eſt· quia alias non poſſet dici ꝙ vere eſſet ad
imaginem dei creatus· quando videlicet non habe/
ret facultatem vtendi libero arbitrio ad faciendum
hec aut illa quecunqꝫ rationabiliter vellet· quia li/
bera voluntas abſolute loquendo ſoli deo et nul/

li alteri ſubdit᷑· niſi ipſamet ſe ſubiiciat alicui citra de
um· Et ergo iſta prelatio ⁊ ſubiectio ſocialis nunq̄ȝ ē
iuſta ſine preuio conſenſu de cōi lege· Qḋ dicit᷑ prop
ter illos qui nati ſunt in ſeruitute qꝛ illi ſequunt᷑ cōdi
tionē parentū ſuoꝝ q̄uis alias cām ex ꝓprio ↄſen/
ſu non habebāt· vnde ſepe dicta libertate priuēt᷑· Ex
iſtis pȝ ſi aliq̄s ōnino liber ⁊ abſolutus ab oī īpetiti
one hūana q̄ nullū oīno uotū aut ꝓmiſſuȝ emiſiſſet
uti uellet naturali libertate· ita ꝙ nullus ſup eū habe
ret iuriſdictionē· ſiue auctoritatē ꝑcipiendi hoc uł il
lud· talis poſſet ire in locū aliquē ſolitariū ubi nullū
haberet dn̄m ⁊ ibi uacare ſoli deo ⁊ ſibi· Et q̄diu ſic
uiueret ⁊ ſe de manibꝰ ꝓpriis nutriret aut aliunde a
deo ſibi ꝓuiſis abſq̄ȝ oī hūano ſuffragio· tamdiu ſo
li deo ſubderet᷑ nec quiſq̄ȝ iuſte poſſet eū cogere ad a
liquod etiam minimū· eſſetq̄ȝ talis ſibi dn̄s ſibi ſeruꝰ
ſibi ꝓlatꝰ ſibi ſubditꝰ nec aliquā cōitatē intrare tene
ret᷑· Sed q̄cito ſe hominibꝰ ſociaret ab eis auxiliū ⁊
ſolaciū accipiēdo tūc ſtatim tenet᷑ ſe eis ↄformare in
bonis moribꝰ eoꝝ iuxta ↄgruentiā ſtatꝰ ſui· qꝛ inci/
pit eē pars eorum quibus cōuiuit· Et teſte btō Aug·
turpis ē oīs pars q̄ nō ↄgruit ſuo toto Et iuxta uul
gatuȝ ꝓuerbiū· Quod cū ceteris mel lingere cupit oȝ
ꝙ pariter cū eis apū aculeū ſuſtineat Quare ſequit᷑ ſe
cundū dictamē recte rōis ꝙ q̄ uult ſolacus ⁊ auxiliis
hūane ſocietatis participare· oȝ ꝙ etiā onera eius q̄ȝ
tum ſibi incumbit rationabiliter ferat ⁊ per ↄſequens
tacite uel expreſſe iuriſdictioni ſe ſubmittat· ⁊ ex tunc
⁊ q̄diu ſic eſt obedire tenet᷑ poteſtati humane in hiis
que ſuum ſtatum concernunt· Verum quia predicta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uita ſolitaria magis uis uidet᷑ eē angelica q̄ꝫ huma/
na. iō uix aut parum in ſacris ſcripturis de illa inue
nit᷑. Et ē cōis ſanctoꝝ ſententia ꝙ nō ē ꝯſulendū le/
uiter ut aliquis illam arripiat. qꝛ periculoſiſſimum ē
maxime rudibꝰ ꝛ īperfectis in uia dei. q̄ꝫuis quidaꝫ
ſanctiſſimi uiri ipſam ab ineunte etate elegerūt. Quia
tn̄ priuilegia paucoꝝ nō faciūt cōmunem legem. ideo
tales ſancti ſunt magis admirandi in hoc q̄ꝫ imitan/
di. Uita āt ſocialis eſt magis ſecura quo ad omnem
ſtatum. Et pro illa legittime ꝯſeruanda ꝛ dirigenda
ſunt ualde multa ſcripta ꝛ leges tā diuinitus ꝓmul/
gate q̄ꝫ hūanitus inſtitute. Tercio prelatio ē coherti
ua ſubiectio ſeruilis. Et hec nunq̄ꝫ ē iuſta niſi prece/
dente peccato. nec fuiſſet in ſtatu innocentie ſicut due
precedentes iuxta illud Apoſto. Iuſto nō ē lex poſi
ta ſꝫ peccatoribus. Quod ſ̄m gloſam intelligit᷑ de le
ge cohertiua ſiue penali. Ueꝝ quia totum humanuꝫ
genus propagatū eſt de ſtirpe uiciata ꝛ radice infec/
ta per peccatū. iō etiā tota natura hūana multiplici/
ter ē ſerua. artāte eā decreto diuine iuſticie a quo nun
q̄ꝫ ſe in hac uita abſoluere p̄t. Et ergo iſta cōis ſerui/
tus que dicit᷑ Eccleſi. xl. iuguꝫ graue ſuper filios Adā
a die natiuitatis eoꝝ uſqꝫ in dieꝫ ſepulture. abſqꝫ du
bio ē iuſta quia a iuſto deo inflicta. Huic ergo ſerui
tuti prime ſuccedit altera quotidiana propter pctā
que quotidie ꝯmittimꝰ quia nō eſt hō ſup terrā qui
non peccat ſaltē uenialiter. Et teſte ipſa ueritate. q fa
cit peccatum ſeruus eſt peccati. ergo q quotidie pec/
cat quotidie fit ſeruus. Et iſta ē peſſima ſ̄uitus. ꝛ ſo/
la hec ē culpabil᷑. alie āt ſunt pēales Ex iſta āt ſecūda

ſeruitute generatur tercia que dicitur ſeruitus legalis· de q̃
leges tractant· quia ē iure gencium introducta· uideli
cet qn̄ tm̄ erat piaculum qd̓ grauioribꝫ penis erat ple
ctendū· Vn̄ olim apud piiſſimos prīcipes hec clemē
tia fuit ut eos quos in bello ceperāt hoſtes morte di
gnos uite reſeruabāt ad certa opera deputandos· Et
ob hoc ſeruꝫ a ſeruādo nomē accepit ⁊ dictꝫ ē ſeruus
quaſi ſeruatus· Vbi ē notandum ꝙ iſta ſeruitus lega
lis tunc ſolum iuſta eſt· quando bellum iuſtum eſt· uel
quādo quis tale crimen committit propter quod le/
ges ſeruitutem infligunt· Eſt etiā alia quedam origo
ſeruitutis multum uirtuoſa ⁊ perfecta· quādo vicȝ a
liquis ex humilitate ſeipm̄ in ſeruū dat alteri intuitu
dei ſub qua ↄprehendunt̄ boni religioſi qui ſe in per
petuos ſeruos dei ↄſecrant· Eſt adhuc alia origo ſer
uitutis que ex neceſſitate ꝓcedit qn̄ vicȝ qs propter
defenſionē alteri ſe tradit in ſeruū aut qn̄ qs propter
debita tenet̄· aut uendit̄ ſiue alia huiuſmōi· Itē qn̄qꝫ
cupiditas ē cā ſeruitutis ſicut in quibuſdā terris ↄtin
git· ubi ſerui p̄ aliis ſunt magis diuites aut amplius
priuilegiati· quare nōnulli ingenui tradūt ſe ſeruitu
ti· ob hoc tm̄ ut grām ⁊ honores ſiue officia aut here
ditates a dominis ↄſequant̄· Et quāuis ſimpliciter
loquendo hoc non ſit peccatum niſi qꝛtū cupiditas
id pſuaſerit· tn̄ non uidet̄ laudabile· Eſt em̄ libertas
magnū donū dei· qd̓ ꝓ re uili nō dꝫ uēdi ſicut ſūt tē
poralia· Vn̄ ⁊ Eſau reprehendit̄ ab ap̄lo ꝙ donum
nature nobile ſcȝ primogeniturā ꝓ cibo· neceſſitatis
etiam tempore fratri uendidit· Sola nāqꝫ illa ſuitꝫ ē
laudabil̄ q̃ ex uirtute ꝓcedit· ſic m̄lti ſui ex natitate

ſic procreati·magnum meritum apud deuꝫ habebūt
ſi fideliter dn̄is ſuis ſeruiāt cū tali intentiōe ꝙ potiꝰ
uolunt penale iugū ſuſtinere ꝗ̃ ꝑ fugā aut uiolentiaꝫ
ſiue fraudē ſe a ſeruitute abſoluere ⁊ cōtra bonū uir/
tutis agere dominum deū offendēdo· Similiter de il
lis qui ſe propter paupertatem uendunt ut proxīo
ſatiſfaciant·eſt ſciendum· Oēs iſti merito inter marti/
res ſunt computandi· Qui autem ꝓpter ſua pc̄tā ꝓ/
pria ſeruituti mancipant᷑.⁊ nihilominꝰ patienter ſu/
ſtinent cū plena ꝯtritione peccati·ſimiliter non ſolum
peccatorum remiſſionem·ſed etiā meritū eterne uite cū
p̄dictis habebūt· Qꝫ uero inuite ⁊ cū murmure ſerui/
unt ſeipſos miſerabiliter decipiūt· niſi pꝰ peniteant·
Nam neqꝫ apud deū neqꝫ apud hominez grām habe
bunt· Quod tn̄ intelligit᷑ de mortali impatiētia· Nō
eſt em̄ mirum ſi homo bone uoluntatis in quotidia/
na ſeruitute deſudans aliquādo ſentiat motus im/
patientie venialis ſiue erumpentia uerba minꝰ ſuauia
ꝯtra domīos ſuos·quod uix a ſanctiſſimis uiris un
ꝗ̃ potuit obſeruari·ſꝫ ſufficit humilis recognitio cū
petitione uenie poſt huiuſmodi lapſum·totiēs quo/
tiens cum propoſito ſe deinceps precauendi·⁊ cūc nō
amittit᷑ meritum· Et ꝗ̃ ꝗ̃ ſint multe ſpecies ſeruitutis
ſecundum leges·tamen quantum ad propoſitum ſuf
ficit·pro dirigenda conſcientia ſimplicium eſt aduer/
tendum·ꝙ ſimpliciter loquendo de ſeruitute ⁊ ſtricte
tunc tm̄ illi dicuntur ſerui qui omnino abſqꝫ aliqua
ꝯditione appoſita ſunt alterius iuris ⁊ perpetuo ſer/
uire tenent᷑·⁊ quicquid habent omni hora ad domi/
noꝝ pertinet uoluntatē ſine ulla contradictiōe ſeruo

rū. Et hec uix reperit᷑ in partib⁹ almanie. ſ₃ in ytalia ꝛ ꝑcipue in locis maritimis. ubi quotidie uenales ad ducunt᷑ de terris ſarracenoꝝ captiui ꝛ emunt᷑ in ſerui tutē ſimpliciter ſine oī pacto preuio. Et hec uocat᷑ ſer uitus legalis. de qua iura cōiter loquunt᷑ in pluribus locis. Alia eſt ſeruit⁹ ꝯditionalis ſiue uſualis que ꝓm diuerſas regiones diuerſimode narrat᷑ introducta ꝛ ſucceſſu tpis pleniſſime ſcripta ita ꝙ de hocnō ſit du bitandū quī iuſta ſit. Et iſta h₃ limites ſuos vic₃ ꝓm morē patrie aut certe ꝓm pactū preuiū ratificatū īter dn̄os ꝛ hmōi ſeruos ex cōi ꝯſenſu. ita ꝙ qn̄ ſolutum debitum fuerit. deinceps dn̄s nec de perſona ſerui nec de reb⁹ intereſſe h₃ niſi forte p⁹ mortē ei⁹ aut in certiſ caſib⁹ ꝓm ꝙ ꝯſuetudo aut pactū de hoc canit. Vbi ē diligenter notandū ꝙ fidelis ſeru⁹ qui ſe taliter obli gauit tenet᷑ facere diligentiā ſuā nocte ꝛ die quaten⁹ dn̄o ſuo ſolitā penſionē ſoluat. ita ꝙ ſi aliter fecerit. vic₃ negligendo laborem debitum aut deliciis uacā do ultra modū grauiter peccat ꝛ reus tenet᷑ corā do mino deo ꝛ hominibus. Si autē p⁹ fideles labores ī fortunium aliquod euenerit. ita ꝙ penſionem ſolita₃ ſoluere nō poterit. tūc cum bona ꝯſciencia pōt ſe ex/ cuſare narrando cauſa₃ ſimplici corde. ſine omni do lo ſicut ſe res h₃. ꝛ tūc coram deo ꝛ omnib⁹ homini/ b⁹ ē excuſat⁹. Si ſupra hec dn̄s ſuus eū grauare uolu erit. non ſtatim d₃ currere ad lapides aut minari aut maledicere. ſicut quidā ꝯterui facere ſolent. ſ₃ humi liter rogare aut bonos aliquos uiros inducere ut pro ſe intercedāt. quaten⁹ negocium in omni caritate ſo/ piat᷑. Q ſi fecerit in timore dei cum ōni māſuetudine

c

abſq; dubio pius ⁊ miſericors deus nō negliget fide
lem ſeruum ſuum· ſed mittet ſpūm bonū inter ipm et
dominum ſuum qui loquit' pacē inter eos. aut ſi do
minus utiq; irrationabiliter grauare ſeruū uellet·tunc
hoc certiſſime ē tenendum ꝙ clemens deꝰ aut gratiaꝫ
patientie ſibi dabit aut magnā coronā ſuam· aut illi/
co vindicabit iniuriam pauperi factam· ſicut ſepiſſi/
me factum legit'· Magna igit' fiducia eſt omnibꝰ ſpe
rantibꝰ in adiutorio altiſſimi·quoniā non illoꝝ obli
uiſcet' miſereri deꝰ·ſed pauperum ⁊ afflictoꝝ gemitꝰ
audiet ⁊ faciet iudicium ipſoꝝ Scio qđ loquor. Nō
longe ante hec tempora princeps quidam dum ultra
ſolitam penſionem inhumaniter quoſdā ruſticos gra
uaret nec quicq; ſuſpicaret' mali·ſubito abſq; aliquo
morbo cepit uentrem dolere ⁊ in breui miſerabiliter
eius obcluſum os fuerat·ita ut ſine ſacramentis for/
midabili morte uelut canis uitam finiuit· Noui ante
annos uiginti quēdam famoſum tyrannū qui pene
nihil humanitatis habuit· Hic multa pecunia ꝯgre/
gata per exactiones graues a pauperibus ſeruis· dū
ſibi prouidere uellet in futurum caute eas ut ipſe pu/
tauit cuidam honeſte ciuitati in depoſitum dedit·ſed
mira res accidit ut ciuitas ipſa in quodam neceſſita/
tis articulo conſtituta omnem illam pecuniā ꝯſume/
ret·ſuccedentibus neceſſitatum periculis nihil ipi ty/
ranno qui tunc indigens factus erat reddere potuit
Tanta ſiquidē eiꝰ ſeuitia fuit ut a ꝓprio filio adhuc
puero vinculis traditus ⁊ a patria expulſus afflige
ret· Armiger quidam circa idem tempus dum ſeruos
ſuos crudeliter tractaret · ita ut etiam mulieres in/

creparet ſine cauſa in ſacra ſolēnitate paſcali pene in
fruſta conſciſus miſerabiliter uelut beſtia in manibus
percutientium ſpūm efflauit· nec mirū hoc em̄ domi/
nus deus comminatus ē univerſis prelatis in multis
locis ſacre ſcripture· unde Exodi·xxii·legitᷣ· Nō cōtri
ſtabis aduenam neqꝫ affliges eum· Vidue ⁊ pupillo
nō nocebis· Si leſeritis eos uociferabūtᷣ ad me ⁊ ego
audiam clamorem eoꝝ ⁊ indignabitur feruor meus·
percutiamqꝫ uos gladio· Verum non hec ſcripta ſūt
ut ſtatim quilibet leſus debeat uindictā petere a deo
ꝯtra aduerſarios ſuos· ſꝫ ut ſciant humiles ꝙ non in
digent ſeipſos uindicare· quia diuinum iudicium ui/
gilat ſuper hoc· ut eruat de manu uiolenti pauperem·
Siquidem multo amplius conſulendum eſt afflictis
ut patienter ſuſtineant· ⁊ recogitent diligenter ſi forte
aliqua peccata habeāt ſub ſe que nonduꝫ emendaue
runt· propter que etiam grauioribꝰ penis digni eēnt
Et ſi non inuenerint tunc cum omni fiducia ſupplica
re poſſunt domino deo pro emendatione dominorū
ſuorum· Hec autem oratio efficaciſſima eſt ⁊ acceptiſ
ſima coram deo· ⁊ ipſis ſubiectis multo utilior ꝙ̄ ſi
aduerſarius de medio tolleretur· quia neſcitur qualis
futurus erit qui illi ſuccedit· ꝙ̄ pluries enim expertuꝫ
eſt ꝙ malo peior ⁊ peiori peſſimus ſucceſſit in regi/
mine· Quod tamen frequentius non contigit· niſi ꝓ/
pter peccata populi· aut exercitium electorum· Com/
muniter namqꝫ diuina prouidētia bonis ⁊ honeſtis
hominibus diſcolos preſides non permittit· Nā iux
ta vulgatum prouerbium· qualis eſt rector ciuitatis
tales ⁊ inhabitantes in ea· ⁊ econuerſo· qualis ꝑplus

talis eſt ⁊ princeps qui regit ipſum· Hoc etiaꝫ ı̄ ſcrip
tura ſancta luculenter exprimitᷣ· Nam bonis dominꝰ
promittit Yſaie·lx·dicens· Ponam prepoſitos tuoſ
iuſticiam·⁊ occupabit ſalus muros tuos· Peruerſus
autem comminatur· Ezechielis·xx· In furore effuſo
regnabo ſuper uos· Et Ozee·viii· Dabo uobis regeꝫ
in furore meo· Et in Iob dicitᷣ· Qui regnare facit ho/
minem ypocritam propter peccata populi· tollenda·
eſt igitᷣ culpa ut ceſſet tirãnorum plaga· Neqꝫ tamen
propter hoc tyrãni ſuntᷣ ſine culpa·quia ſubditi me/
ruerunt regimen eorum· Sed ſicut pater uirgam in ig
nem proiicere ſolet qua filium erudiuit· ſic fiet etiam
prelatis diſcolis· Narrat beatus Gregorius in libro
dyalogorum de Theoderico rege gothorum famo/
ſo tyranno qui ſanctum Iohannem papam ⁊ Sima
chum Patricium ac Boeciuꝫ ⁊ alios eque catholicoſ
uiros martirizari fecit·ꝙ ab iſtis quos iuſte occide/
rat ab hac luce ſubtractus fuerat ⁊ in os vulcani ꝓ/
iectus· Sic de aliis multis legitur ſine numero· Pari/
formiter quoqꝫ ſentiendum de iniquis ſeruis eſſe cõ/
ſtat ſicut de iniquis dominis·quia raro bona morte
funguntur· Quãqꝫ enim nonnunqꝫ ſerui iniuſte oppri
mantur tamen non habent ius inuadendi dominos
ſuos aut bona ipſorum· Et aliquos ſciui qui contra
fas diffidarunt dominos ſuos· licet clamore totius
vulgi iuſtificarentur·tamen dominus deꝰ aperte pla
gauit eos· Et ſicut fecerunt factum fuit illis Sed que
ritur quid faciendum ſit ſeruis qui non poſſunt tol
lerare tam iniuſta grauamina dominorum· Reſpon/
detur ꝙ ad ſubſidia iuris poſſunt cõfugere· ſicut alii

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ingenui facere ſolent. Nam in iure plene diſpoſitum ē
quid in hoc caſu fieri debeat. Dicitᷣ em̄ in lege. ſequitᷣ
de iure perſonarum. in inſtitutis de hiis qui ſeruiunt.
ꝙ nō licet ſine cauſa rationali dominis ſupra modū
in ſeruos deſeuire. Et qui ſine cauſa ſeruum ſuum oc/
ciderit non minus puniri iubetᷣ. ꝙ̄ qui ſeruum alienū
occiderit. Et quando eſt intollerabilis ſeuitia domi/
noꝝ poſſunt ſerui confugere ad loca ſacra a quibus
extrahi nec poſſunt nec debent. donec uendantᷣ alicui
probo uiro. qui eos clementer tractet. ⁊ precium nihi
lominus crudelib9 dominis detᷣ. Expedit em̄ reipub
lice ne quis re ſua male utatur. Et quia frequenter ſe/
uitia dominorum ſeruos inhumaniter tractat. ideo
etiam mos inoleuit in ciuitatibus eminentioribus ut
ciues eos ſub ſua defenſiōe pie ſuſcipiāt. nec aliquod
eis malum euenire ſinant. niſi ſecundum uiam iuris. ſi
uero ſuprema poteſtas in culpa fuerit. ita ꝙ non ſit ꝭ
uis locus euadendi tyrānidem. Nec inueniāt aliqueꝫ
cui conquerantᷣ iniuriam ſibi factam. qui eos liberare
poſſit. adhuc nullo modo permittitur eis inuadere.
aut perſonam aut ſubſtantiam dominorum ſuorum
ſed ad dominum deum confugere debēt ut predictū
eſt. Uerum quia multi ⁊ uarii caſus in hac materia e/
uenire ſolent. ideo conſultum eſt ꝙ ſemper ad aliquē
diſciplinatum uirum referatur negocium qui ſingula
diligenter examinet. ne alicui fiat iniuria. Ex quibus
patet ꝙ grauiter peccant principes diſſimulantes in
iuriam pauperum ſeruorum quando a uaſallis ſuis
opprimuntur. quia cum ſint principales adminiſtra/
tores reipublice. nullum debent negligere in iure ſuo.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nec facile credere oppreſſoribus huiuſmodi· ſed ſicut beatus Iob fecit diligentiſſime cauſam examinare· ⁊ vnicuiqꝫ quod ſuum eſt tribuere· alioquin tanq̄ꝫ con ſentientes apud deum rei tenebunt᷑· Aptiſſima namqꝫ lex dicit dominorum poteſtatem in ſeruos ſuos illi/ batam eē oportere· nec cuiq̄ꝫ hominum ius ſuum de/ trahi· cui diuina lex conſonat ad Epheſios ſexto· V bi beatus Paulus apoſtolus utroſqꝫ ſalubriter īfor mat dicens· Serui obedite dominis carnalibus cū ō/ ni timore ⁊ tremore in ſimplicitate cordis ueſtri· ſicut xp̄o· non ad oculum ſeruientes quaſi hominibꝰ pla/ centes· ſed ut ſerui xp̄i facientes uoluntatem dei ex a/ nimo· cum bona uoluntate ſeruientes ſicut domino ⁊ non hominibus. ſcientes quoniam unuſquiſqꝫ qui fe cerit bonum· hoc recipiet a domino ſiue ſeruus ſiue li ber· Et vos domini eadeꝫ facite illis remittentes mī nas ſcientes· quia ⁊ illorum ⁊ ueſter dn̄s ē in celis· ⁊ p ſonarum acceptio non eſt apud deum· Ecce aurea do ctrina· que vtinam ſic iugiter ſeruetur quia tunc nihil reſtaret niſi abundantia pacis ⁊ dilectionis· Rurſum querit᷑ quando ſeruis fit iniuria a dominis ſuis· aut quando eſt locus iuſte querele Reſpondetur ꝙ ſi ſint ſerui conditionati ſecundum certa pacta aut conſue/ tudinem patrie preſcriptam· tunc non licet dominis grauare ſeruos ultra conſuetum modum taliter pre/ ſcriptum· Si uero ſint ſimpliciter ſerui tunc ſi domini eis negāt uictū ⁊ ueſtitū neceſſarium aut ꝓhibēt eos aut iubent ultraq̄ꝫ ratio dn̄i ſe extendit· aut ſi ad ma/ la cogāt ⁊c̄· Si iniuſte affligant· ſi vltra uires labora re faciant· Pro quo eſt aduertendum ſecundum Tho

mam ſecunda ſecūde queſtiōe·capitulo quarto·articu
lo quinto ꝙ inferior ſuo ſuperiori obedire non tene
tur ſi ei aliquid precipiat in quo ei non ſubdit᷑· Iux/
ta illud Senece· Errat ſi quis exiſtimat ſeruitutē ī to/
tum hominem deſcendere·pars eius melior excepta ē·
corporea obnoxia ſunt ⁊ aſſcripta dominis· mens q
dem ſui iuris eſt· Et ideo in hiis que pertinēt ad inte
riorem motum uoluntatis homo non tenetur homini
obedire ſed ſolum deo· Tenet᷑ autē homo homini in
hiis que exterius per corpus ſunt agenda·ſicut ad o
pera ſeruilia ſerui tenent᷑ dominis obedire non ad o
pera naturalia·quia natura omnes homines ſunt pa
res· Unde quo ad ſuſtentationem corporalem aut ꝓ
lis generationem ſerui non ſunt dominis ſubiecti·un
de non tenent᷑ ſerui dominis obedire de matrimonio
contrahendo aut non contrahendo·de uirginitate ſ/
uanda aut non ſeruanda ⁊ huiuſmodi· Item de ieiu
nio ultra poſſe·aut laborare perpetuo aut nuditate ī
diſcreta·aut uigilia ↄtinua·aut aliis ſimilibus que na
turam deſtruunt· Item quādo maior poteſtas preci
pit ſeruis·tunc minor poteſtas cedere debet ſic cōtra
preceptum dei nunꝙ̄ debet ſubditus obedire homi/
ni·Similiter contra preceptū pape non ualet precep/
tum alicuius poteſtatis inferioris· Et contra precep
tum principis nō dꝫ uaſallus cogere ſeruos ſuos cuꝫ
⁊ ipſemet ſit quaſi ſeruꝰ principis· Ita ⁊ de aliis ſuo
modo eſt dicendum· ut vicꝫ maior poteſtas ſemper
primatum teneat· Sic enī dominus deus ſuam eccleſi
am diſpoſuit·ut nullus in ea ſit abſꝗ obedientia· Et
ſummus totius mundi prelatus videlicet dominus

papa non ſe aliquem magnum ſcribit ſed humiliter ſe
ſeruum ſeruorum dei nuncupat. Et in ueritate ita eſt.
nec audebit in conſpectu diuine maieſtatis aliquo a
lio titulo gloriari niſi de iſto. Nam hoc preceptū ha
bet a domino noſtro Jheſu xp̄o cuius vicarius eſt.
ſicut dicit Luce viceſimo ſecundo. Qui maior eſt in
vobis fiat ſicut minor. ⁊ qui preceſſor eſt ſicut mini/
ſtrator. Et ut hanc humilitatem omnibus xpianis ef
ficaciter imprimeret. ſeipſum in exemplū dedit dicēs
Ego in medio ueſtri ſum ſicut qui miniſtrat. Et iterū
Non ueni miniſtrari ſed miniſtrare Et cum in ultima
cena diſcipulorū pedes lauiſſet ait Si ego ueſter do
minus ⁊ magiſter laui ueſtros pedes quātomagis et
vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum
enim dedi uobis. ut quemadmodum ego feci uobis.
ita ⁊ uos faciatis. Amen dico uobis. Non eſt ſeruus
maior domino ſuo neq; apoſtolus maior eo qui mi/
ſit illum. Si hec ſcitis beati eritis ſi feceritis ea. Meri
to hec omnibus ſeruis maxime debent eſſe conſola/
toria. ⁊ libenter hoc exemplum amplecti. ⁊ beniuole ſ
uire. quoniam ſi ſic fecerint ſunt ueri imitatores filii
dei. Ob hoc multi reges ⁊ principes nobiles ⁊ medi/
ocres altas ſedes dimiſerunt ⁊ ſeruilem ſtatū aſſump
ſerunt. ut xp̄o domino uicem rependerent. Erubeſcāt
ergo ſerui ⁊ timeant ſi dominis ſuis humiliter non o
bediant. Erubeſcant ſimiliter domini ⁊ paueant. ſi ſer
uos ſuos irreuerenter tractent. Nam audituri ſunt a
tremendo iudice. Quod vni ex minimis meis feciſtis
qui in me credunt mihi feciſtis. ſiue bonum ſiue malū.

Similiter a ſeruis exiget qualiter ſuam doctrinā ⁊ ex
emplum imitati fuerint· quādo prelatis dixit in per/
ſona apoſtolorum· Qui uos audit me audit· ⁊ q uos
ſpernit me ſpernit· Reuera quando vterqꝫ ſerioſe hic
aduertit· tunc benignitas in prelatis ⁊ fidelitas in ſer
uis facilius ſurget· Qui uero his non compungitur
ſpiritualiter mortuus eſt· De hoc legitur notabile ex
emplum in ſecundo libro vitaſpatrum· capitulo deci
monono· ubi narratur de quodam ſancto patre qui
fuit ſeruilis conditionis· ⁊ per ſingulos annos uenit
de heremo ad dominos ſuos deferens eis penſionē
ſicut ſolent ſerui facere dominis ſuis· Sed domini e/
ius magnam ad ipſum reuerentiam habentes hono/
rabant eum occurrentes ⁊ ſalutantes eum· petenteſqꝫ
ut pro ipſis deum exoraret· Ille autē mittebat aquā
in peluim· ⁊ feſtinabat lauare pedes dominis ſuis· cū
omni humilitate obſequium eis cupiens exhibere·
Ipſi uero non acquieſcebant dicentes· Noli beatiſſi/
me pater grauare animas noſtras· At ille reſpondens
dixit· Ego ſeruus ueſter ſum· Nam vos dominos
meos omnipotens deus conſtituit· Et gratias ago
vobis ꝙ me in ſeruitio dei permiſiſtis· ⁊ ideo detu/
li vobis penſionem ſeruitutis mee· quam ſi nō accepe
ritis iā decreui hic manere ⁊ ſeruire vobis· quod vi/
dentes domini acquierunt· ipſumqꝫ dimittentes licen
tiabant ſicut petiuit· Noluit enim libertati donari
neqꝫ ab annua penſione abſolui propter timorem dei
Et ne labores ſui eſſent in domo aliena· ſed per eos
eternam mercaretur libertatem in celeſtibus· Nunc

redeundo ad cauſam vicꝫ cum homines pii dicãt ꝙ
ſeruitus iniuſta ſit pro eo ꝙ homo uendit᷑ ſicut vac/
ca ⁊ equus·quod irrationabile eſt·Patet ꝙ non debi
te loquunt᷑·non em̄ eſt ſimile ut iam clare dictum eſt·
Qꝫ autem crebro fiant ſeruis oppreſſiones iniuſte nõ
eſt mirum·quia ille etiam fiunt ingenuis·immo indif
ferenter ſtatibus uniuerſis·propter hoc tamē nõ ſunt
ſtatus prohibendi in eccleſia tanq̄ꝫ illiciti ¶ Demum
querit᷑ in quibus caſibus domini habeãt iuſtam que
relam contra ſeruos·Reſpondet᷑ ꝙ ſi ſeruus ſciat inſi
dias parari domino ⁊ ipſe auxilium non tulerit reus
iudicatur·Similiter ſi uiderit dn̄m periclitantem ⁊ eũ
non adiuuerit·Item ſi euꝫ criminaliter accuſauerit ul᷑
diffamauerit·Item ſi ſe miſcuerit uxori ſue· uel ſimili
delicto eum offenderit·Iſti ſunt caſus graues·Por/
ro ſi alias deliquit uel dn̄o non obedierit·legittime e
um corrigere poteſt iuxta modum culpe ſm̄ dictamē
boni uiri·ſemper in timore dei·ſciens ꝙ eadem mēſu
ra remetiet᷑ ei qua menſus ipſe fuerit·Prudenter etiã
dominus aduertat quid ſeruo expediat·ſicut ſollici/
tus eſt ad diſciplinandum filium aut filiaꝫ·Sacri nã
q̄ꝫ canones teſtant᷑· quia nonnullorum pernicioſa li/
bertas eſt·⁊ ſalutifera ſeruitus·Qui eniꝫ adepta liber
tate ſuperbire nouerunt expedit eis ut in ſeruitutem
reuocentur quatenus hominibus potius uirtuoſe o/
bediant·q̄ꝫ uiciis pernicioſe ſeruiant·Ecõtra ſunt nõ
nulli ſerui qui etiam ingenuis preſtantiores exiſtunt
⁊ illis nõnunq̄ꝫ ſeruiunt qui eos in uirtutibꝰ nequaq̄ꝫ
antecedũt·Hii nõ tantum libertate digni ſunt·imo tã
q̄ꝫ patroni uenerari debent·Tãto ſiquidē maiori hõ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

re in futura uita pre aliis ſublimabuntur· quanto hic
in tanta ſubiectione timoratius conuerſantur· Hinc
ſcriptura ait· Si eſt tibi ſeruus fidelis ſit tibi quaſi a
nima tua· Nec longius protracta ſunt· ſed nunc ſicut
prius uniuerſos ruſticos ſiue liberi ſint ſiue ſerui ī cō/
muni omnes monemus· ut dominis ſuis humiliter o
bediant in timore dei· nec eſt alia uia perueniendi ad
ueram nobilitatem niſi per obedientiam· Quāto ē em̄
ſtirps nobilior tanto eſt ceruix flexibilior· Qui em̄ re
gendi ſunt ⁊ ceruicoſi degeneres ꝯprobant̄ etiā ſi car
naliter nobiles exiſtant· Uerum quia pene per totum
mundum hodie ruſtici ſicut a diebus antiquis multi
pliciter grauant̄· ideo multa eſt eis patientia neceſſa
ria quatenus in hac uita plene purgentur· ⁊ coronas
plures mereantur· ſicq̄ȝ depurati ⁊ dealbati tandē ab
ipſo qui beatitudinem eternam hiis promiſit qui ꝓ/
pter iuſticiam perſecutionem patiunt̄ in eternum reg/
num aſſumantur· ubi ē requies ſine labore· ſaturitas
ſine faſtidio· euaſio periculorum· affluentia bonoruȝ
copia deliciarum· abundantia diuitiarum· ſumma li/
bertas· libera ſecuritas· tranquilla iocunditas· felix e
ternitas· gaudium ſine dolore· libertas ſine timore ꝑ
infinita ſecula Amen·

Quinto debet quilibet fidelis ⁊ timoratus ruſti
cus precipue clerum uenerari ⁊ ex corde dilige/
re· quia hec ē uolūtas dei· ut ſcȝ qui deū colit ⁊ vene
rat̄ ꝙ etiam ſimiliter nuncios eius libenter aſpiciat·
Hic cōiter ruſtici ſunt ceteris laicis preferendi· Nā pſ
biteros qui bene uiuūt ſummo ſtudio colūt nō ſoluȝ